



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-604439-p0001-3

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-604439-p0002-9

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-604439-p0003-4

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-604439-p0004-0

DFG

Lipsiae

1593.

Bodinus, Elias Gabbius : De adquisiendo rerum dominio
1596.

Schulzius, Jacobus : Principia quae bonorum de statatis
eorumque auctoritate, nec non de libellis articulatis

1597

Rivinensis, Elias : De locutione et conductione

1598.

Romanus, Franciscus : De transactione causarum
testamentariorum, et alimentorum legitima.

1599.

Becker, Cornelius : De jumentis

1600

Zungermannus, Casparus : Theses L ex leibus iuris
et iur. interrpp. notat : iuxta libri Tertii Imperial
I. materia collectae

1610.

Worckius, Michaelis : Hispalenses ad l. quae de
gato 86ff. de legat. I.

1612.

Pustessius, Christopherus : De republiquet jure magistratus.

1615.

1. Blauearius, Jacobus : De ticketis.

2. Blauearius, Jacobus : De donatione simplici. Disp. V

1616.

Hakelmann, Terpoldus : De substitutionibus.

1617.

1. Blauearius, Jacobus : De jure dationis.

2. Hakelmann - Terpoldus : De substitutionibus. disp. IV
sider communia et s. p. Trichellianum comprehendens

3. Helleerus, Iohannes : De jurisdictione

4. Wernerus, Petrus : De ammortato

1618

1. Blauearius, Jacobus : De probationibus Disp. I

1618

1. Curtius, Iohannes : De usurpatione
2. Finckelthaus, Sigismundus : De iudicio feudali.
3. Finckelthaus, Sigismundus : Quæstiones controversialiæ cisterne et sodalitatis en fore arresti I & II. II exempl.
4. Hakelemanus, Leopoldus : De concursu actionum
5. Hartung, Valentinus : De pleuribile.
6. Kochmannus, Philippus : De stipulationibus, iis sanguine
dividuis et individuis.
7. Prestissimus, Christophorus : De jure mercatorum
8. Ungeparus, Erasmus : De fama.
9. Schmuccius, Wilhelmus : Quæstiones controversialissimæ
in materia servitutum item urbanae quam rusticorum
prædictorum.

1619.

1. Curtius, Iohannes : De transactiōnibus.
2. Finckelthaus, Sigismundus : Quæstiones iuri diversæ
et controversialiæ.

1619.

4. Krebs, Leopoldus : *De advocateum requisitis et
qualitatibus.*

5. Schmuccius, Iosephus : *De jure minorum.*

78.

1617.

1. Baudissus, Philippus : *De iuris deinceps et
iuris iustitiae et iuris iustitiae iustitiae.*

7093.

1602

2/4

M

4

28.

SEMICENTVRIA
CONTROVERSA-
RVM IVRIS CIVILIS
Quæstionum,

Quam
Deo Trinuno fortunante

Sub præsidio

M. IOANNIS SVEVII

In Academia Lipsiensi exercitij gratiâ

Defendet

SIGISMUNDVS FINCKELTHAVS
Lipsiens.

Ad diem 16. Aprilis.



Anno M. DC. II.

Editione, oīq; virtutum genere præsi-
Dñs Magno Lebzeltero f. v. C au-
fautori suo tibz modis colendo in-

VIRO

Magnifico

Doctrina singulari
usu rerum vario
vitæ integritate.

DOMINO IOHANNI TIMÆO
V. I. D. Electoratus Saxonie Episcopa-
rus Numburgensis in diœcesi Zizensi Can-
cellario

Affini lubentissimo
Favitori promptissimo
Promotori amplissimo

In

Argumentum cultus devotî
Testamen affectus intemerati
Pignus honoris æviterni

Hoc
Ocij literarij
Monimentum
Libens meritò libo

Quia
Ex animo gestio
Ex voto cupio
Ex officio debeo.

Sigismundus Finckelthaus

QV AEST IO

I.

PRincipem sibi locum vindicet insignis illa quæstio : An Princeps legibus solutus sit ?

Nos Vlpianum in l. Princeps. 31. de legibus, sequentes dicimus, Principem verè & simpliciter Lege Regiâ legibus solutum esse, qui tam enspontè se se ijs propter honestatem & utilitatem subjecit, & secundum eas servire velle professus est. §. fin. Inst. quib. mod. rest. infir. L. digna vox. 4. G. de LL. L. vn. §. Hæc autem 14. C. de Caduc. toll. Confirmat hoc ipsum Dion. Icti Ulpiani cœtaneus, qui de Imperatorum potestate scribens in vita Augusti, in quem primùm à Populo Lege Regiâ omne imperium translatum fuit, ita ait: Λέλυνται γὰς τῶν νόμων ὡς ἀυτάτα λαύρια λέγει μάτα τὸ πεῖρηπ ἐλευθεροὶ ἀπὸ πάσῃς ἀναγκαῖας νομίσεως εἰσὶ οὐδὲν τῷρ γεγενμένων ἐνχοντα. Solati enim sunt legibus, ut verba latina ipsa sonant, id est, ab omni legum necessitate sive necessariâ legum observatione liberi sunt, nec ullis scriptis legibus obstringuntur. Et paulo post apud cundam ibidē legitur: ἦ βολὴ πάσῃς αὐτῷ τῇρ τῷρ νόμῳρ ἐνάγκη ἀπίλλαξερ. Senatus eum, puta Augustum, omni legum necessitate liberavit. &c.

2.

Constanti ac ferè concordi opinione ab Interpretibus est receptum: Sub Iurisdictione imperium, quod vocatur merum, contineri. Verum quām alienum à jure civili hoc videatur, non difficulter evinci potest.

Mixtū Imperium est, quod jurisdictioni immistū est. l. impe-

riū 3. ff. de Iurisdictione. E. merum erit separatum à Iurisdictione, quod
et Duarenus, alij q̄ diversam à nobis soventes sententiam fatentur. Si
igitur merum imperium id est dicitur, quod sit purum, jurisdictioni
non immixtum; Qui Iurisdictionis species esse poterit? Deinde
maximam olim jurisdictionem habebant in urbe Consules et Prae-
tor urbanus. l. 2. §. Exactis 16. et §. Cum q̄ 27. de orig. Iur. Eorum
tamen de nullo criminis capitali executio erat. d. §. Exactis. Postre-
mò per l. fin. §. i. De offic. eius et c. ubi mandata jurisdictione pri-
vato, etiam imperium, quod non est merum, mandatum videtur. Si
iam Iurisdictionis generis loco consideraretur, merum quoq; sub ea con-
tineretur. Andr. Knichen in Comment. in jus et privileg. Elector.
Saxon. cap. 5.

At q̄ hac in foro Romano. In nostro v. Saxonico negari forte
non potest, communi opinioni locum esse. Knichen d. loco.

3.

Non satis expeditum esse videtur: An quis merum
imperium sibi datum alteri ex causa demandare pos-
sit? Negandum esse duximus.

Merum n. imperium specialiter tribuitur. l. 1. § 1. de offic. eius.
Quae v. specialiter lege, SCto, aut constitutione principum tribu-
untur, alteri demandari non possunt. d. l. 2. Confirmat l. Nemo. 70. de
R. I. L. solent. 6. De offic. process. Nov. 128. c. 20. §. antequam v. A quo
etiam non abhorret Pontifex inc. si pro debilitate. 3. De offic. deleg.
Hodie tamen contrarium viget de consuetudine, qua de re con-
queritur Alber. de Rosat. in d. l. 1. princ. de off. eius. qui hunc abuz-
sum negat approbat, negat improbat, ut refert Gæden. 1. conf. 39. n.
21. Carolus V. utiq; in Const. crimin. art. 2. vers. Aus Schwach-
heit/ et c. id ipsum permisit. Cui tamen recte accommodari posse vis-
detur id, quod Zasius in l. 3. n. 27. de Iurisd. ait: Non tam delegari
merum

merum imperium, quam Iudices maleficiarum ordinarios consti-
tui.

4.

Verum poteritne Delegans Iurisdictionem quo-
vis tempore ex quacunque causa revocare? Revocare
posse ex levissima etiam causa, immo planè nulla, sive res
adhuc integra, sive lis fuerit contestata, pronuncia-
dum esse arbitramur.

Est nobis argumento. I. Iudicium, 58. De Iudicij. Et cum motu
proprio delegetur Iurisdiction, etiam motu proprio revocari posse via
detur. p. L. Nihil tam naturale. 35. de R. I. Nam nuda voluntas qua
non abit in speciem pacti vel contractus, concedentem nullo jure
astringit. Distinguente non moramur.

5.

Edictum prætoris est: Parentem utriusque sexus
in jus sine permisso meo ne quis vocet, l. quiq; litigan-
di. 4. §. prætor ait. I. & seq: de in jus vocan. §. fin. I. de
pœna tem. litig. Dubium hoc de jure veteri habet
nullum. Sed an idem hodiè obtineat, non omni ca-
ret scrupulo: Nos prætoris rationem hodierno etiam
die locum habere statuimus.

Causa enim ob quam olim venia petitio requirebatur, hodiè
sublata non est: Curigitur jus sublatum esse dicemus? l. præcipimus
32. §. fin. C. de appellat.

Sublata est, inquit Cuiac. 10. obs. 10. hodiè manus iniection; nam
hodiè non ducuntur, qui in jus vocantur. Ergo non indigemus ve-
nia & petitione. Recte addit Vult. 1. disc. c. 1. Causa enim sublatâ tollâ
necessa est etiam id, quod causa est consequens. Quapropter cum
A 3 hodiè

hodiè violenta manus injectio cesset, neq; reverentia parentibus dea
bita lreditur.

Sed hæc nos non urgunt. Nam violenta manus injectio non fuit
causa introducenda petitionis venia, sed ne ulla famosa actio in
parentes patronosue detur. l. Sed si hac lege. IO. §. prator aet. 12. de in
jus voc. Quæ causa siue reverentia cum non sit sublata, nec jus subla
tum esse merito quis affirmabit.

6.

Similiter in eo non levis interpretum dissensio est,
An Noverca sine venia petitione à privigno in jus
vocari possit? Negativam partem validis sibi ratio
nibus firmare videtur Cacheranus decis. 31. Sed ta
men non tantis, ut ijs ab affirmativâ Alciati sententia
in l. 1. num. 11. C. de in jus vocan. nos abduci patia
mum. a. Sed quid habebimus de præceptore: Num
hic cum venia à discipulo suo in jus vocandus est?
Neutquam. b.

a. 1. Quia non enumeratur in Edicto Prætoris. l. qui q; litigandi. 4.
§. 1. de in jus voc. Prætoris autem edictum hoc in casu strictè acci
piendum est, id quod monere videntur verba in l. 1. §. fin. de postul.
vbi dicitur, plenus fuisse de personis, quæ cum venia & petitione in jus
vocari debeant, dictum. Quod si voluisset prætor idem jus in Nover
ca observari, sine dubio eius mentionem fecisset, ut in simili casu ab
eo factum est in d. l. 1. §. fin. vers. Item adjicit. Solet enim adjicere ubi
extensioni locus est. Proinde cum hoc edictum prohibitorum sit,
non erit facile extendendum, arg. l. Mutus. 43. §. cum queretur. 1. de
procurator. 2. Contra Novercam famosa actio institui potest. l.
Expilata. 2. cum seq. C. de crim. expil. baredd. fin. C. vibonor. rapt.
l. Licet. 3. C. ad l. Cornel. de fals. qua tamē non potest intentari ad
versus

versus eas personas, quae ex pratoris editio venia petitionem requisi-
runt. l. Si superstite. 5. C. de dolo. l. Falsi. 5. C. ad l. Cor. de fals.

b. Quia eius quoque mentio non sit in edito pratoris; nec ullâ lege
reperitur prohibitum, praceptorem in ius vocare sine venia. E. quod
non prohibetur, permisum esse censetur. arg. l. nec non. 28. §. Quod
eius. 2. Ex quib. caus. mai. l. Ab ea parte. 5. De probation.

7.

De nomine Actionis lapsus est in facili: An in li-
bello id exprimendum? Nos antiquæ formulæ in li-
bellis usitatæ memores a. legumque auctoritate
moti, b. negamus.

a. Formulæ, quibus solim uterantur acturi, sollemnes erant, nec syl-
laba ys addi poterat vel demi. In his nomen actiū nis non expime-
batur: Multò minus igitur hoc tempore id exprimendum esse pu-
tamus, quo formulæ sunt sublate. Formula autem hac erat, ut eam
Cicero in Orat. pro Muræna refert: Fundus qui est in agro Sabino,
ego eum ex iure meum esse ajo, inde egote ex iure manu consertum
voco. Ex hac formulâ antiquissimâ patet, nomen actionis non esse lia-
bello inserendum. Neg. enim dicebatur: Fundus qui est in agro San-
bino, ego eum ex iure meū esse ajo Rei vindicatione, quod fuisset ab-
surdum: Sed simpliciter: meum esse ajo.

b. L. tutor. 69. vers. Et non titulus actionis &c. De fidei suffrib. L.
Si filius familias. 3. ver. Origo enim &c. C. ad Silm Macedon l. lucr.
3. §. idem scribit. 11. De peculio. c. dilecti. de Iudic. iuncto c. abbate. §.
porro. De sent. & re Iudic. in 6.

8.

Sæpè quæsitus est, & est quæsitu dignum; An li-
bellum post litis contestationem mutare liceat? Iuri
consentaneum esse existimamus, ad sententiam usq;
licere.

L. Edis

L. Edita. 3. C. de Edendo. §. Si minus. 34. & §. seq. l. de act. l. in delictis. 4. §. Si de retracta. 3. De noxal. action. arg. l. Error. 8. Dejur. & fac. ignor. Nulla etiam lex est, qua fieri hoc vetet.

9.

Acerrimè configunt Dd. in quæstione hac exascianda: Num ut in Bonæfidei, ita & in stricti juris contractibus pacta in continentia adiecta tam ex parte Rei quam Actoris insint? Nobis in hoc intricatissimo conflictu affirmantium sententia melior æquior videtur.

L. item quia. 4. §. fin. De pact. l. petens. 27. C. de pact. l. lecta. 40. de reb. cred. l. venditor. 13. Commu. prædior. l. l. §. Si quis 3. vers. Cum adjicit. l. Titia. 134. §. 1. l. Si ita 135. pr. De V. O. l. nec ex prætorio. 27. R. I.

10.

Animadversione dignum est, An de crimine Raptus transigere sit permisum? Distinctione varias Interpretum dissensiones non incommodè sopiri posse putamus.

Aut Raptus accusatio ex L. Iulia de Adulterio instituitur, aut ex L. Iulia de vi. Illo casu transactio permissa non est; quia vel ut Adulterio, vel ut qui virginem raptæ vitium simul intulerit, accusatur. Ut autem nec de Adulterio, l. transigere. 18. C. de transact. nec de stupro d. l. transigere licet pacisci: Ita nec de raptu. Hoc vero casu, cum crimen Raptus etiam l. Iulia de vi. contineatur. l. qui catu. 5. §. fin. Adl. Iul. de vi publ. que transactiōnem, ut pote sanguinis panam inferens d. §. fin. non prohibuit. d. l. transigere, virg. & de raptu, si ex L. Iulia de vi publica agatur, prohibita non erit transactio.

JJ. Mi-

II.

Miram quoque videoas inter ICtos concertatio-
nem, An de crimine Falsi transigere liceat? proprius
est, siquidem criminalis instituta fuerit actio, ut id ne-
gimus.

Primo, quia falsi pena ordinaria ex L. Cornelia sanguinis non
fuit. l. 1. §. fin. Ad l. Cornel. de fals. l. Generaliter. 3. §. Sed si quis. i. De
Decurion. Paul. 5. sent. 15. De testibus. Licet in viliores humiliores q̄
personas, & ex alijs circumstatijs ac criminis magnitudine varie ex
SCtis & constitutionibus mortis pena fuerit imposta. Succedit
igitur altera regula in d. l. transigere. quæ vult, quod in publicis cri-
minibus, que sanguinis penam non ingerunt, transigere non liceat
citra falsi accusationem, id est, quin actor desistens ab accusatione &
ita transigens ex SCro Turpilliano tanquam tergiversator falsi ex-
era ordinem accusari posse. Deinde vocalem CITRA pro sine in-
tellegimus: verba enim in potiori ac generaliori significatione sunt
accipienda. l. non aliter. 69. de leg. 3. Alciatus lib. 2. De V. S. n. 27.
Potior vero & frequentius significatio est verbi Citra pro sine, ut via
dere licet ex thesauro laboriosissimi viri Brederodij in verbo Citra,
ubi 36. textu juris pro confirmanda hac denotatione reperiuntur.
Immo nusquam in jure nostro vox illa, si Donello credimus add. l.
transigere. num. 13. praterquam apud Justinianum uno saltem in lo-
co pro Prater usurpata legitur, qui est in l. vn. §. Accedit. 13. C. de
Rei uxori. actio. quem tamen modum loquendi gracissantem constic-
tionem sapere Matth. Kluck. par. 4. c. 1. affirmat.

12.

Non minoris est controversiae, An L. Rem majo-
ris. 2. C. de Rescind. vend. in Transactione locum
habeat? Cum Negantibus faciemus.

L. Lucius. 78. §. fin. Ad SCium Trebell. L. quod si deferente. 21.
De dolo. ubi per Iuramentum q. transactum videtur. Atqui lu-
B ramentum

ramentum non rescinditur per d.l.2. In eo enim tantum queritur, an
juratum sit, non vero an lessō intercesserit. l. non erit. s. §. dato. 2.
De Iurejur. Praterea Transactio & res iudicata equiparantur. l.
non minorem. 20. C. de Transact. Sed res iudicata non retrahatur
pratextus lesionis. l. Si cum. 2. C. quan. provoc. non est neces. b. Res Iu-
dicata. 2. l. Ad solutionem s. C. de Re Iudic. At qz hac opinio etiam in
proxie est communis teste Pfeil cent. I. Consil. 41.

13.

An Spurij si non juris, facti saltem infamia noten-
tur, à multis in dubium vocatur. Negantium atridet
opinio.

Nusquam Spurij in Infamium catalogo numerantur. t. 1. v. &
C. De his qui notan. infamia. Quare non sunt juris infamia notati. Neq;
ratio est, que facti infamiam eos incurrere faciat. Ille enim infamia
facti laborare dicitur, qui per se & suo delicto aliquid committit. l.
cognitionum. s. §. Existimatio. 1. cum seqq. De var. & extraord.
cognit. l. honor. 2. De obseq. par. & patr. pr. stan. pr. l. de oblig. que ex
delicto nasc. Spurijs vero per se nihil potest attribui ex delicto: Ex
fornicatione enim nasci non filii sed parentis delictum est. c. nasci. c.
nunquam. c. undecimq. 56. distinct. Adde l. Si quis. 33. §. Legis au-
tem 1. C. de inof. test. l. crimen. 26. De pen. l. qui ad tempus 2. §. nullū
7. De Decurion. l. sancimus. 22. C. de pen. §. sufficit. 1. l. de Ingenuis.
Non tamcn inficias imus, levis nota macula illos effe aspersos. argum.
l. Fratres. 27. C. de inof. test. hinc & opinio eorum apud graves &
honestos viros oneratur: Quorum autem opinio gravata est apud
bonos viros, protinus infamiam facti non incurront. Exemplo sunt,
cadaverum excoriatores, carnicices. Schneidew. ad §. non autem li-
beris. 1. n. 17. l. de inof. test. Ut omittamus, quod infamibus jure vel fa-
cto portae dignitatum non pateant. l. Neq. 2. C. de dignit. At Spur-
ij à dignitatibus non omnino removentur. l. generaliter 3. §. spu-
rios

rios 2. l. spurij. 6. pr. De Decur. juncto c. undecim. 56. distin. Equis
dem Donellus 18. com. 6. distinctionem, quā infamia adducitur in
infamiam juris & factis improbat, hac ratione motus, quod nulli fa-
ma & dignitas admatur nisi iure. Sed ei reponi potest d. L. hoc
nori. 2. De obs. par. & patr. præstan. l. Ea quæ. 13. C. Ex quib. caus. in-
fam. irrog. l. ob hac. 20. ss. cod.

I4.

Quæstionis est, An major 17, annis de jure civili
possit in Iudicio procurator esse? Et quamvis negativa
opinio communiter recepta sit, affirmativæ tamen
hoc loco patrocinium suscipere placet.

Quia in §. Iustæ. 5. I. quib. ex caus. manumit. l. Si collactaneus
13. De Manumis. vind. legitur, quod non debeat esse 17. annis minor,
qui procuratoris habendi gratia manumittiatur. Neg. verò id loci
procurator ad negotia intelligi potest, cum puer quoq. negotiorum
procurator esse possit. l. 1. §. Cuimus 4. De Exercitor. actio. l. sed & si
quis. 7. §. fin. cum l. seq. de Institutor. act. l. Deniq. 3. §. fin ff. de Minor.

At q. hanc etatem 17. annorum maiores nostri moderatam esse
rati sunt ad procedendum in publicum. l. j. §. initium. 3. de postul.
quā etate adolescentes virilem togam sumebant, inq. viros refe-
rebantur, ac in forum deducebantur, ut notar. Cujac. 22. obs. ap. 26.
Quin & hoc considerandum est, quod Imperator in d. §. Iustæ. agat
de justis & necessarijs manumittendicauis. Ut autem procurator
ad negotia liber sit, non opus est. d. §. cuius. l. 1. §. parvi. 16. De exers-
cit. act. Et Institutoria actio latè patet, cuilibet alij negociatione
communis. l. Institutor. 3. cum duab. ll. seqq. de Instit. act.

I5.

Sed in illius perplexæ quæstionis enucleatione sua

A 2

cui-

euīque conjectanti solet esse opinio : Num procurator in criminalibus causis ad defendendum reum admittatur ? Controversia hæc adhibitā distinctione dirimenda videtur.

præsens, & non oportet per alium causas agi, sed ipsius adesse auditorio debere sciendum est. l. i. an per alium cause appell. l. de fide. 10. E. de fals. Nisi sit vir illus tris. l. vlt. C. de injur.

Reus est vel

Haberi potest, & procurator non admittitur. l. i. §. si autem i. D. requir. reis. l. Absentem. 5. de pœn. l. Miles. ii. §. ea quæ 2. adl. Iul. de adulter. l. absentem. 5. C. de Accusat.

Absens, &
Reicopia aut

Postquam lis cum eo contestata fuit, & procurator intervenire potest. l. Reos. 3. C. de accus. 6. Exigendi. 12. C. de procur. l. inter accusatore. 10. de publ. judie. l. lege. 4. §. idem. 2. adl. Cor. de capit vel sic. l. Adultera. 13. C. ad l. Iul. de adul. l. servū. 33. §. publicè. 2. de procur.

Haberinon po-
test, & abesse

Antequam lis contestata fuit, & non potest. d. l. absentem. 6. d. l. i. §. si autem i. l. quondam 15. C. ad l. Iul. de adul.

16. Iu

16.

In ambiguis positum est, vtrum Negotiorum gestor de levissimâ culpâ teneatur? Non habitâ ratione eorum, quæ Vult. I. discep. 15. dedit, affirmantibus assentimur.

Imperator enim in §. Igitur. I. I. de obl. quæ quasi ex contract. tūm demum quemq; ad exactissimam diligentiam teneri ait; si aliis diligentiore eo commodius administraturus esset negotia, qui gerentis intuitu abstinuit. Alioquin tenetur tantum de culpa levi. I. qui negotia. II. I. debitor. 13. I. at quin. 19. §. Scævola. I. De neg. gest. ubi cùm culpa duntaxat simpliciter mentio fiat, levem cum Dd. intelligimus. Id quod ipse Vultejus concedit. Adde I. tutori 20. C. de negoc. gest.

17.

Non levem habet difficultatem: An is, qui pro Tutori, cùm nō esset tutor, pupilli negotia gessit, actione negotiorum gestorum conveniri possit? Sana nobis esse videtur Negantium doctrina, rejectā eorum, qui utramque dari omnibus viribus contendunt,

Pro-tutelæ enim actionem specialem hoc in casu 1Ctus Ulpianus in I. I. pr. De eo qui protuto: & Imper. in l. mater. & C. de testam. tutela. dari aijunt. Neq; texius in nostro jure haberi putamus, qui ulte- rius actionem negotiorum gestorum concedendam esse evincant. Plerosq; verò hic videre licet Interpretes, qui in alia eunt omnia: quemadmodum constare potest ex Azone. C. de. neg. gest. n. 9. VVes: in parat. De eo qui protuto. n. 2. Cujac. ad Pauli rec. sent. I. tit. 4. §. fin. Gothofre. adl. & C. qui dare cito.

B 3

18. Ve-

18.

Verissima est distinctio: Si dolus bonæfidei contractui causam dederit, contractum ipso jure esse nullum; Sin autem stricti juris contractui causam dederit, ipso quidem jure subsistere, sed doli actione exceptione vindicari.

L. Et eleganter. 7. pr. de dolo malo. l. in causa 16. §. item relatum. i. De Minor. l. Eav. 3. §. fin. Pro socio. l. Si fraude. 6. C. de præscr. longi temp. §. verbi gratia. i. l. de Exception. l. Dolo. 5. C. de Inusit. stipulat. l. si quis. 36. de V.O.

19.

Dignus vindicatione nodus est: An actio de dolo cum aliâ actione concurrat? Statuendum videtur, cum nullâ aliâ, neque cum dolieceptione concurrere. (a) Periculum faciemus, ne quidem cum actione quod metus causâ. (b.)

Pratorenim ita demum actionem de dolo permittit, cum nulla alia competit. l. i. §. verba autem i. De dolo malo. L. Et eleganter. 7. princ. cod. l. de dolo. 2. C. cod. quoniam famosa actio non temerè debet à prætore decerni. d. l. i. §. ait prætor. 3.

(a.) l. fin. de dolo malo. (b.) dd. ll. & argum. l. Divus. 7. §. fin. De in integ. rest.

20.

Varia est quæstio: vtrum minor si contra mutuum, venditionem vel alium contractum se restitui petat, læsionem probare cogatur; An vero creditori incumbat, pecuniam in eius rem versam esse, docere?

Nos

Nos probationem à minore semper requirimus,
(a.) neque tamen contrariam creditoris probationem
rejicimus. (b.)

a.) Vnumquemq; enim decet probare id, quod est fundamentum intentionis sue. l. in exceptionibus. 19. pr. De probation. l. qui accusare.
4. C. de edendo. Sed laiso est fundamentum, in quo fundatur intentio minoris restitutionem petentis. l. quod si minor. 24. §. non semper. i. de Minor. Merito itaq; à probatione non erit relexandus. Accedit L. Nam posteaquam. 9. §. Si minor. 4. De Iure juran. l. minoribus. 6. C. de in integr. rest. quæ leges de mutuo loquuntur. l. Et si praeses. s. C. de prædys minor. quæ de alijs obligationibus agit.

b) L. i. C. Si adversus creditor. Vide L. si minorem. 4. C. de in integr. rest. ubi exemplum nostra conclusionis habetur.

21.

Si suspectus fiat Iudex ordinarius, animi pendente Interpretes, Vtrum jus civile recusationem vel remotionem concedat? Recusari eum tantum posse, non removeri, in vulgus probatur. Sed, & removeri ipsum posse, nostra est sententia; quicquid alij severæ frontis agitent.

Movemur l. si pariter. 9. De libera. causa, ubi prætor judex in causa libertatis ordinarius removetur; quia ulterius propter inimicitas cognoscere nequit. E. idem obirebit in quovis alio ordinario. Auth. Et consequenter. C. de sentent. & interlocut.

22.

Inofficiosi Testamenti querelam, quæ non orta est ex jure civili, vt cum Cujacio vult VVesenbecius (a.) non ex jure civili & prætorio simul, vt cum Viglio autumat

cum Vulteius (b.) non ex constitutionibus quibusdam principum, ut docet Duarenus. (c.) Sed consuetudine introducta videtur, ut monet Donellus (d.) hodierno etiam usu vigere in linea tam rectam quam transversali existimamus (e.) quicquid contradicendo argutetur VVelenbecius. (f.) quicquid etiam alij scribant, Querelæ Remedium in Linea recta per Nov. 115. hodie sublatum esse. (g.)

a) Cujac. 2. obs. 21. & 14. obs. 14. VVesem. in par. de inof. test. n. 2. quia Emancipatus potest queri. l. Si ponas. 23. De inof. test. qui tamen de jure civili est incognitus. §. Emancipati. 9. I. de Hæreditat. quæ ab intestato. Iungatur. l. non putavit. 8. De honor. poss. contra tabul.

b) Viglius in §. 2. & Vult. ad pr. Inst. h. t. n. 3. quia heredi per querelam adimitur hereditas. l. in substitutione. 31. De vulgari & pupill. Prætor autem hæreditatem nec dare potest nec adimere. §. quos autem. l. Inst. de honor. poss.

c) Duare. De inof. test. c. 2. & 12. Constitutiones enim Principum pars sunt juris civilis §. constat. 3. & §. Sed & quod Principi. 6. I. de I. N.G. & C.

d) Doncl. 19. Comment. 4. Cœperunt enim homines primò sine certo jure queri apud Iudices de inofficiis testamentis sanguine cōjunctorum, quā querelā à Iudicibus admissa cœperunt etiam testamenta rescindi, ut notat Valer. Maximus lib 7. c. 7. Quod cum sapius factum esset, abiit res paulatim in mores: Deinde legibus & constitutionibus confirmata est, ut jam jure certo & scripto continetur. Hinc dicitur in L. nam & his. 5. De inof. test. Et obtainere assidue solcant: ubi particulae Assidue & Soleant, satis manifestè factum potius quam jus arguunt. Et in l. circa. 24. eod. Circa inofficii querelas evenire plerunque assulet, ut in una atque eadem causâ diverse sen-

sententia proferantur, (c.) Nov. II.5. c.3. §. si autem circa fin.
verb. test. evacuato. & verbo non rescissum.

f) VVes. in parat. h. tit. n.7. (g.) Quia altum silentium in d.
Nov. II.5. de sublatâ inofficiosi querelâ. Quod igitur Iustinianus non
tollendum esse putavit, nec nostrum est illud abrogare. arg. l. de pre-
tio. 8. De public. in rem act.

23.

Non usquequaque expeditum est de usufructua-
rio, An servitutem fundo fructuario debitam vindica-
re; (a.) Novum item opus vicino nunciare suo no-
mine possit? (b.) In utroque negativè respondebimus.

a) L. I. pr. l. ut ifrui. s. §. utrum. 1. Si usus fr. petetur. Cum quia actio
confessoria de servitutibus non nisi domino prædicti competit. l. de ser-
vitutibus. 2. §. Hec autem. 1. Si serv. vindic. Tum quia usus fructus
est servitus, quâ ratione si usufructarius servitutem insuper petce-
ret, servitus diceret esse servitutem. l. 1. de usu. & usfr. l. g.

b) l. 1. §. fin. cum l. seq. De oper. novi nunc. l. vn. §. ius habet. 3. & §
seq. de Remission. Hic obiter considerabimus miram inter pp. concerta-
zionem de manifestâ, ut illis videtur, pugnâ. §. verba. 2. & §. Item
Juliano, 4. d. l. vn. Nos missâ & Cujacianâ & Hotomannicâ sequemur
Pandectarum Florentinorum lectionem. Et quomodo conciliari dd.
§§ possint, disputationis monstrabit exercitium.

24.

Nec inelegantis est dubitationis, Num fructarius
ipsum jus utendi fruendi, quod in re sibi constitutum
habet, licet alij vendat, locet, oppigneret? Dd. placet,
commoditatem solummodo fructuumq; perceptio-
ne eum posse alienare. Verum textus sunt juris aliquot,
qui hanc sententiam planissimè refellunt.

C

L. non

L. non utitur. 38. cum l. seq. l. cui ususfructus. 67. de usufr. §. Minus autem l. l. de usu & habitat. l. necessario. 3. §. Cum usumfructum. 2. De peric. & com. rei vend. l. si quis. 9. §. Hic subjungi. 1. Locati. l. si is. 11. §. ususfructus. 2. De pignor.

25.

Plurimum à vero recedere videntur, qui usucapio servitutes prædiorum acquiri contendunt. Rectius illi sentiunt, qui affirmant, Nos tuitio ne prætoris diuturno usu & longâ quasi possessione illas nancisci. Quin nec usucapio earum ex Iustiniani constitutio ne l. vlt. C. de præscript. longi temp. introducta est.

L. si quis diuturno. 10. si serv. vindic. l. servitutes. 14. De servit. l. sequitur. 4. §. fin. & l. si aliena. 10. §. hoc jure. 1. de usucapio. l. 1. §. fin. De aqua pluv. arcen. l. apparet. 5. §. si quis. 3. De itin. actu g. priv. l. l. C. de serv. & aqua. Natura enim servitutum ea est, ut possideri non possint; l. si ædes. 32. in fi. de serv. urb. Usucapio autem possessionem requirit. l. sine possessione. 25. l. justo. 44. in fi. De usucapio. l. Servius. 43. §. Incorporales. 1. De acquir. ver. domin.

26.

Vicus vicino tenetur de incendio, si ipsius culpâ exortum fuerit. (a.) Quærunt interpp. Vter probare debeat, Reus an Actor? Qui actori onus probandi imponunt, verum sentire nobis videntur. (b.) licet Daniel Mollerus 4. Semest. 31. diversum velit.

a) l. capitalium. 28. §. incendiarij. 12. de pæn. Geil. 2. obs. 22. (b) Regula enim juris est, quæ & hic locum habet: Actore non probante, qui convenitur, et si nihil ipse præstat, obtinebit, l. qui accusare. 4. C. de Edendo. Præterea fovere ignem in domo non est prohibitum: quo-
ties

ties autem quid facio ex ijs, quæ permissa sunt, præsumtio pro me est,
quæ transfert onus probandi in adversarium. I. nec non. 28. S. quod
eius. 2. Ex quib. caus. major. De lectione I. si vendita. II. De peric. &
com. rei vend. dubium movet Hotomannus s. obf. 10. quam hic per-
pendens.

27.

Lubricus est locus dubiæque aleæ: Cædes factæ
est in confinio duorum territoriorum, non constat,
vbi perpetrata sit, cuius erit cognitio? Cuique sua
sponsa, nobis erit & nostra. Exercitij causâ asserere
tentabimus, eius esse, in cuius territorio cor inveni-
tur.

Cognoscere enim de delicto adeum spectat, in cuius territorio illud
est commissum. Auth. Quæ in provinciâ. C. Vbi de crim. agi oport.
Nov. 134. cap. 5. Vbi vero cor jacet, præsumendum videtur, ibi deli-
ctum esse commissum. Cædes enim propriè fieri dicitur, quando homo
expirat. & delictum consummatur. Consummatur autem simul atq.
cor extinguitur, οὐτε γάρ εἰσι πάγκας ή τῆς ζωῆς ικανού τάσσεται καὶ οὐδέ-
τε οὐδεις, inquit Aristoteles. 3. de part. animal. c. 3. Et cap. 4. περὶ την ηνομένην
τὴν μορίων ἀπόντων. Tractat hoc ipsum Zabarella de partit. animæ c. 5.
7. 8. & 9. vbi de cordis primatu ex Aristotele contra Galenum disses-
rit.

28.

Studiose investigatur, An filius eos sumptus, quos
Pater vel Mater studiorum causâ ipsi subministra-
runt, veluti sunt libri, mercedes, quæ præceptoribus
dantur, impensæ in gradus, puta Magisterij, vel Do-
ctoræ, ut loquimur, &c. in hereditatem conferre cog-
atur? In negantium castra vtrò concedimus,

C 2

L, quæ

L. quæ pater. 5. famil. ercisc. l. Macedoniani. 5. C. ad Senatus Conf.
Macedon. l. si filia. 20. §. idem scribit. 6. famil. ercisc. l. 1. §. Sed an id.
25. De collation. Huc referemus vulgatum illud: Qui cupit conse-
quens, cupit omne necessarium antecedens. l. cui jurisdictio. 2. De ju-
risdict. Paren autem cupit consequens, ut filius liberalibus artibus
instituatur. E. & necessarium antecedens cupere videtur; nempe
libros & alios sumptus, sine quibus ad finem optatum filius pervenire
vix ac ne vix quidem potest: argumento l. penult. ad exhibend. l.
unic. C. de peric. success. parent. Quod de Patre hactenus dictum est,
id in Matre quoq. obtainere non dubitamus. l. alimenta. II. C. de Ne-
got. gest.

29.

Singularis controversia gliscit inter Dd, originem
trahens ex l. singularia. 15. De reb. cred. & l. qui nego-
cia. 34. Mandati. Iacobus Cujacius ^(a.) et Iulius
Paci ^(b.) ICTos à se invicem dissensisse serio affir-
mant. Duarenus ^(c.) alijq; hanc eiusmodi ἀντωνία
esse existimant, quâ difficultor nulla in toto jure civili
habeatur. Nobis utriusque ICTi sententia videtur esse
plana.

a) Tratt. 8. ad African. in explicatione d. l. qui negotia. & 8. ol. sc. 8.
b) 3. evort. 66. verum cum probabilis aliqua dissidij huius componen-
ditratio, imò manifesta occurrat, neutquam hoc admittendum, arg.
l. 2. C. de veteri jure enuclean. (c.) Ad tit. C. sicut petatur. cap. 2.
Variae solutiones hinc inde apud Dd. reperiuntur. Suam habet Accursius
ad d. l. qui negotia. Suam Molinaus de usur. quæst. 84. n. 658.
Alij aliter explicant, ut Donel. ad d. l. singularia. Coras. 6. misc. 16.
Zaf. ad d. l. singularia. &c.

30. Est

30.

Est & inter primarios Iuri's interpretes dissertatio
nimium quantum frequens: Vtrum necessaria sit Ma-
gistratus sententia, ut prodigo bonis interdicatur, an
verò ipso etiam jure fiat. Id quod magis est,

L.j.de Curator. fario.l. is cui. i8. quitest. fac. poss. Res hic est po-
tissimum Burcholdo de verb. obl.c.3.n. 55. & seqq. & Geddæo de con-
trah. stipul. c. 7, à n. 134. cum Donello ad l. is cui. 6. de V.O. Huic nostra
probatur opinio, illis contraria. Ideoq; in refutando Donello multe
sunt: Videmus quidem eum oppugnari, sed non expugnari.

31.

Manifesti juris est, judicem posse causâ cognitâ par-
ti in dubijs causis propter inopiam probationum ju-
rementum suppletorium, ut communis Dd. Schola
vocat, deferre. (a) Sed hoc in ambiguis positum est,
quænam causa dubia sit? Nos eam dici arbitramur
dubiam, in quâ actor aliquid, sed non plenè, proba-
vit. (b.)

a) l.admonendi. 31. de Iurej. l.in bonæfidei. 3. C.de reb. cred. (b.)
puta per unum testem sive & auctoritate pollentem. l. si duo. 13. de.
Iurej. privatam scripturam, aliâmve præsumptionem. c. vlt. 5. l.de.
Iurejur. necessarium enim juramentum defertur, ubi est probatio-
num inopia. d.l.in bonæf. 3. Ea autem est, ubi unus adest testis, cuius-
dictis ita judicis animus instruitur, ut jam in causam actoris videat
tur propendere. Unde recessimus à Donelli c. II. n. 4. De iurejur. &
Duaren. 2. disp. 33. doctrinâ existimantium, causam tunc fieri dubi-
am, si pares ab virâg parte probations afferuntur. per cap. Ex litez-
ris. 3. De probation. l.inter pares. 38. De re judica.

C 3

32. In

32.

In pari ambiguitate versatur, An in eum, qui perius
rus est in Deum, de jure civili poena sit constituta?
Negantibus calculum adjicimus

Perjurium enim satis Deum ultorem habet. l. Iurisjurandi. 2. C.
de reb. cred. Voluerunt utiq^z Romani, ut hi essent injuria arbitri, quæ
passi essent! ideo princeps injuria sibi illatae ultor est: l. si duo. 13. §.
fin. de Iurejur. Eam vero, quæ Dc facta esset, non attigerunt, rati il-
lum justissimum judicem & satis gravem contemtus sui vindicem
fore. d. l. 2. Ut enim apud Tacitum Tiberius ait: Deorum injuria D^rys
cura.

33.

Ardua quoque est Concertatio, Num Condictio
furtiva in solidum contra furis heredes competit, an
verò in quantum ad eos de re furtivâ peryenit? Illud
verius videtur.

Actiones rei persecutoriæ dantur adversus heredes in solidum.
l. si hominem. 7. §. Datur. 1. Depositii. Condictio autem rei furtivæ ha-
bet rei persecutionem. l. si profure. 7. §. fin. l. in condictione. 9. De Con-
dicto. furtiva. Effectus etiam moræ est, ut perpetetur obligatio
tam principalis debitoris quam successorum. l. si servum. 91. §. se qui-
tur. 3. cum seq. de V. O. Semper autem moram fur facere videtur. l. in
refuriivâ 8. §. si ex causâ. 1. De condicto. furti.

34.

Huic subjungi solet quæstio, An & in actione re-
rum amotarum hæredes in solidum teneantur? Af-
firmativa hîc quoque potior est.

1. Hec actio rei persecutionem continet. l. simulier. 21. §. hec actio.
s. De

3. De act. rer. amot. Dabitur itaq; in solidum adversus heredes iuxta
d.l. si hominem. 7. §. datur. 1. depos. 2. Vrget l. contra. 5. §. Item heres.
4. h.t. ubi heres mulieris ex hac causâ tenetur, sicut condictionis no-
mine ex causâ furtiva.

35.

Sub iucudem revocare operæ-premium est, Num
Compensatio actioni commodati rectè objiciatur?
Sebast. Medices. (a.) Cujacius. (b.) Donellus. (c.) & alij
eam obijci posse affirmant. (d.) Glossa verò. (e.) For-
nerius. (f.) & plerique Dd. negant. (g.) De vtrâq;ie
opinione videbimus.

- a) *De compens. par. 1. qu. 18.* (b) *innot. ad §. 30. I. de Action.* (c.)
ad d. §. 30. (d) *I. eo quod compensationes ex omnibus actionibus fieri*
Iustinianus Imperator in l. fine pr. C. de compensat. sanciverit: neg. ibi
banc actionem exceperit. *N. n.igitur potest non videri de illâ etiam*
idem quod de alijs sensisse. arg. l. quasitum. 12. §. idem respondit. 43.
De Instr. vel Instrum. leg. 2. L. in rebus. 18. §. vlt. commod.
(e) *ad l. fin. C. de compens.* (f) *2. Select. 14.* (g) *1. quia Compensatio*
tantum habet locum in quantitatibus. l. Si convenerit. 18. pr. De pign.
act. l. quod dicitur. 5. pr. De impens. in res dotal. fact. l. si constat. 4.
C. de compens. Si enim quantitas ab una parte debeatur, species ab al-
terâ, compensatio non admittitur. dd. ll. quamvis hoc vehementer im-
pugnet Duarenus adl. fructus. 7. §. ob donationes. 5. Soluto matrim.
At commodatum consistit saltem in specie: Neg. enim potest id com-
modari quod usu consumitur. l. sed mihi. 3. §. vlt. commod. 2. L. vlt.
C. Commodati. *Dotis autem actioni simpliciter dicimus compensa-*
tionem rectè opponi: Neg. n. hac in d. l. vlt. C. de compens. excipitur. Im-
mò pro hac textus sunt expressi, l. diuortio. 7. §. ob donationes. 5. l. red
judicata. 15. §. heredi. l. l. si constante. 24. §. si uxor. 6. l. pen. §. servis. 1.
Soluto matrim. l. quod dicitur. prin. 5. de impens. in res dotal. fact. l. 1
C. rer. amotar. l. neg. 6. C. de compens. 36. Sus?

36.

Suspensos habet animos: An sumtus, quos filiofamilias studiorum causa pater socius subministravit, societati veniant imputandi? Et verius esse videtur, ut cum paucis contra plurimos non imputandos esse concludamus,

L. si societatem. 73. §. 1. Pro socio. propterea quod nulla juris necessaria ratione pater cogatur filio studiorum causa sumtus subministrare. Donell. ad rubr. C. pro socio. n. 18.

37.

Vela vertimus, & classem hanc, quæ à paucis huc & illuc agitatur, cum plurimis defendere conabimur: Sors ab uno solo in societatem posita est, opera & industria ab altero, Estne finitâ societate sors illa ex æquo cum altero, qui solam operam præsttit, communicanda? Non esse, rationis est.

Usus enim, omnisq; commoditas ex mente contrahentium potius in societatem deducta videtur, quam ipsa sors. §. de illa. 2. 1. de societ. l. coiri. 7. & l. scq. pro socio. Neg, distinguimus, lucrumne aliquod finitâ societate supersit nec ne; ut si supersit, sors non sit dividenda, si autem nullum supersit, sors quoq; communicetur, ne iniqua sociorum iuria statuamus, contra l. si non fuerint. 29. pro socio. Hinc etiam rectè deduci arbitramur, In hac societate sortem perire ei, qui ipsam contulit, non etiam pro rata imputandum esse damnum alteri, qui operam præsttit. Qualibet enim res suo domino perit. l. pignus. 9. C. de pignor. act. Sortis autem dominus is est, qui eam contulit. Non enim sors, sed sortis usus communicatur.

38.

Solicite agitur, vtrum venditor præcisè rem venditam

tam tradere cogatur, si eius facultatem habeat? Multi sanè negativam maturè probant, At in affirmativam majores nos rationes ducunt.

Primum. l. ex emto. II. §. Et in primis, 2. l. si quis alienam. 46. De actio. emti. Deinde donatio habet in se necessitatem tradendi ad exemplum venditionis. §. ali & autem 2. l. de donation. E. in venditione eadem est necessitas, si res in medio fuerit. Nam quoad traditionis conditionem, non quoad alia, venditionem & donationem confert Imperator. Quod si liberaveris venditore præstando interesse, donatorem quoq; eodem modo liberabis, quod non concedit l. si quis argentum. 35. §. fin. C. De donation. Deinde invito creditor i aliud pro alio solvi non potest, l. mutuum. 2. §. mutui datio. I. De reb. credit. Postremò eveniret, rem eandē alteri vendi posse, cui repugnant l. qui duabus. 21. adl. Cornel. de fal. & l. Stellionatus. 3. §. l. vers. Maxime autem, ff. Stellionatus.

39.

Inquies exsurgit disputatio: Emotione perfectâ, re verò nondum traditâ, cuius sit periculum? Emotoris esse adstruemus.

l. necessariò. 8. l. si vendita. II. De peric. & com. rei vend. §. cum autem. 3. l. de Emto. l. si in emtione. 34. §. si emtio. 6. de contrah. emt. l. cum inter. 4. cum duabus seqq. C. de peric. & com. rei vend. l. si solus turus. 39. De solution. Secundum naturam quippe est, commoda rei cuiusq; eum sequi, quem sequuntur incommoda. l. secundum. 10. De R. I. Post perfectam autem emtionem commoda rei emt & ad emtorem spectant, etiam ante traditionem. l. id quod. 7. de peric. & com. rei vend. l. 1. C. eod.

Sed hic Gordius nexus est nodus ab Africano in l. si fundus. 33. locati, in quo resolvendo omnia nostri experiantur. Alter eum incidere sibi videtur Cujacius in tract. 8. ad Africa, ad u. l. 33. Alter ex-

D pedire

pedire conatur Antonius Faber. 4. conject. 4. Aliter divellere inten-
dit Pacius cent. 5. evaut. 8. Aliter rescindere audet Anton. Matthaeus
ad d. 9. cùm autem I. hoc tit. dum Iureconsultum Africanum, cuius
est d. l. si fundus, dissensisse ab alijs existimat. Sed certe injuria sit Af-
ricano, qui eandem opinionem tuetur cum reliquis, ut appareat ex d.
l. si soluturus. Tandem haltenus enodat Accursius, ut recte quidem dic-
eat specialem casum ibi proponi, verum eius rationem non assignat,
in quâ cùm totius rei cardo versetur, periclitabimur.

40.

Inter partes hæret dissidentes, utrum merces Loca-
tionis conductionis in pecuniâ tantum numeratâ cō-
stitui possit? Nos ponderatis, non numeratis Dd. opi-
nionibus, affirmativæ subscribimus.

L locatio. 2. l. si merces. 25. 9. vis major. 8. locati. l. naturalis. 5. 9. at
cum do 2. De præscriptp. verb. l. I. 9. si quis servum. 9. Depositi. l. I. 9. fine
Mandati.

41.

Vetus occurrit dubitatio: An in Emphyteusi priva-
tâ necessariò scriptura requiratur? Negamus. (a.) An
in Ecclesiasticâ diversum recipiendum? Et hoc nega-
bimus. (b.)

a) Contractus enim Emphyteuticus nudo consensu contrahitur,
cùm locationi similis pariter à juregentium sit, adeò ut sèpè dubi-
tatum fuerit, eßetne locatio. 9. adeò. 3. l. de locat. Quemadmodum
autem Locatio nihil minus requirit, quam scripturam. 9. l. l. de oblig.
ex cons. Ita & Emphyteusis: Commune enim hoc est omnibus Iuri
gentium contractibus. l. contrahitur. 4. de pignor. l. in re hypothecæ.
4. De fide Instrum. l. qui ad certum. 14. locati, præsertim cùm ratione
scrio

scriptura & nullâ lege differentia huius contractus & locationis produc-
ta sit: Utique igitur & adhuc in eâ parte Emphyteusis locationi similis
erit. l. mutus 43. §. 1. de procur. l. nec non. 28. §. quodeius. 2. Ex quib.
cau. major.

b) Nullibi enim quicquam in hoc mutatum videtur.

42.

Illud quoque in ancipitem erupit dissensionem: Num Emphyteuta sine Domini consensu jus suum
quod tam in civili (a.) quam Ecclesiastica (b.) Em-
phyteusi habet extraneo donare possit? Ait hic, Ne-
gat ille, Affirmantibus accedimus.

a) §. adeo. 3. l. de locatione. l. 1. C. de fundo patrimon. l. si domus. 71.
§. penult. & ult. delegat. l. l. in conventionibus. 219. de V. S. ubi fun-
dus vectigalis legari potest. Legatum autem est donatio. l. legatum,
36. de legat. 2. §. legatum, l. l. de legatis. Licet autem d. l. 71. §. penult.
& ult. & l. 219. de vectigalib. agris loquantur, tamen idem sunt
Emphyteutici. arg. l. Sciendum. 15. §. possessor. l. Qui sat isd. cogantur.
maxime cum descriptio agri vectigalis, qua in l. l. Si ager vectigal.
habetur, prædio quoq. Emphyteutico tribuatur in d. §. adeo autem l.
de locatio. Ut in hoc aliud placeat Corasio in enarrat. tit. Cod. h. t.
pr. n. 4. Valasco tractatu de Iure Emph. quest. 31. insine.

b) Non enim diversum reperitur dispositum in ea, idem igitur
juris utroq. servabitur. Quid? Quod comparantur in l. univer-
sas. 2. C. Ne rei dominica. Res fisci, Reipub. & Ecclesia. Atque res
Emphyteutica fisci potest donari salva ipsius lege. d. l. l. C. de fundo
patrimon: E.

43.

Analogia juris non concedit, Servitutes præ-

D2

dio-

diorum oppignerari posse, quamvis contrarium amplectantur Interpretes non vulgares.

Servitutes enim urbanae & rusticae cum à prædio, cui adhaerent, divelli nequeant. §. ideo autem. 3. I. de serv. rust. & urb. prædior. nec pignori dari poterunt, nisi & fundus unde, cui servitus debetur, oppigneretur. Et frustra talis conventio fieret, si creditor à debitore hypothecam avocare non posset. l. si fundus. 15. §. creditor. 5. de pignor. quin immò pignus ex tempore, ad tempus, sub conditione constitui potest. l. si is. 21. §. i. De pignor. servitutes non item l. servitutes 4. de servit. Facit l. si is. 11. § fin. De pignor.

44.

Eo jure utimur, vt quæ in prædia urbana inducta, illata sunt, pignori esse credantur, quasi id tacite convenierit; in rusticis prædijs contrà observatur. (a.) In his enim necessaria est expressa conventio, vt illata sine pignori: neque nuda Domini scientia sufficit, vt cum Accursio permulti existimant. (b.)

a) l. Eo jure. 4. in quib. caus. pign. tac. (b) ratio diversitatis est, quia in prædijs rusticis fructus, qui ibi nascentur, tacite intelliguntur pignori esse domino. l. in prædijs. 7. in quib. caus. pig. tac. l. quamvis. 3. C. eod. l. si in lege. 24. §. si colonus. i. l. qui fides usq. 53. locati. Cum verò multi nascentur fructus in urbanis prædijs, placuit in his inventa illata pignori esse, etiam si nihil nominatum convenerit. l. item quia. 4. de pact. Alij diversas rationes afferunt.

45.

An libri studiosorum tacite hypothecæ subjaceant, nonnulli addubitant, imò id negant; A. quibus ut divertamus, juris nos jubet religio,

Studio sicut enim non tam sibi quam libris suis de habitatione prævia det,

det, ut ibi sint. Igitur & in his tacita hypotheca locum habebit, et ut eius rei gratia tacita hypotheca jus introduxitum sit, cuius causa ades conducuntur. l. cum tabernam. 34. De pignor. Valebit itaq; in hoc etiam casu regula tradita in l. item quia. 4. De pact. maxime cum nusquam legatur, studiosorum libros fuisse exceptos: Quod autem à regulâ exceptum non ostenditur, sub regula dispositione relinquamus necesse est. arg. l. 2. §. 19. de probat. l. 2. Si quis in ius vocat. & ibi not. VVes. cons. 7 n. 7. Rationes quibus exceptio probari putatur, collegit Everh. Speckhanc cent. 2. clas. 1. quest. 11. n. 10. Ad quas responder e haud difficile csett. Sed manum de tabula. Alio enim nos vocat instituti nostri ratiōe.

46.

Vnde & eorum sententia non satis tuta videtur, qui in rebus minorum, & mercibus mercatorum tacitam hypothecam non admittunt.

Praterquam enim quod nusquam à generali tacita hypotheca jure Res minorum excipiuntur, tacitum etiam pignus in ijs constitutum non obscure significatur in l. Sed si. 3. §. pignori. 1. De rebus corum. l. furiosus. 46. de Obl. & Action. Vi & in mercibus mercatorum in l. cum tabernam. 34. pr. De pignor.

47.

Appositam subiicimus quæstionem: An jus tacita hypothecæ in semel illatis atque inventis solvatur, si ante quam percludantur, vicissim fuerint elata vel evicta? Non ambigimus, jus illud non esse extinctum.

Si res in domum inventæ sunt eo animo, ut ibi sint perpetuo, durante locatione dubio procul incipiunt tacite obligari. l. debitor. 32 de pignor. l. item quia. 4. de pact. Res autem semel obligata non desinit esse obligata facto debitoris sine consensu creditoris. arg. l.

D 3

utrum.

utrum. 27. De const. pecun. Semper enim pignoris ius rei annexum
est, etiam si ea ad alium transferatur. l. debitorem. 15. C. de pignor.
Alioquin ante inclusionem nullius esset effectus dispositio legis. l.
eo jure. 4. l. licet. 6. In quib. caus. pig. tac. l. item quia. 4. de paet. 1 immo
in ipsius fraudem, clam locatore, quilibet res inventas exportaret,
ut ita ius tacita hypothecae solveretur. Ut igitur in expressa hypothecae
carnet obligatio, donec solvatur debitum. Et datur hypothecaria actio
d. l. debitorem & l. creditor. 4. C. de distract. pign. Ita & in tacita,
arg. l. cum quid mutuum. 3. Dereb. cred. datur ergo actio quasi servia
qua, ex traditis Dd. Vesemb. in §. secundum Serviana. n. 1. ubi & Vultejus
n. 40.

48.

Longi subsellij quæstio est, An mulier creditoribus
anterioribus expressam hypothecam habentibus præ
ferri debeat? Nos in Negantium sententiam pedibus
ire non veremur, Donello præcunte ad l. Assiduis. 12.
C. qui potiores.

Regula est: Qui prior tempore, potior jure. c. qui prior. De R. l. in
6. l. qui generaliter. 2. qui potiores in pign. quæ neg. hic vitiata of
ficium suum perdere videtur. Cui manum præbet & conjurat amicè
l. assiduis. 12. C. qui posterior in pign. Ex quâ non appareat, Mulieres no
minatim à Principe contra eos, qui expressam habent hypothecam
anteriorum, privilegium aliquod impetrasse. Ideò nec præsumen
dem est. Imperatorem quicquam cum incommodo huiusmodi cre
ditorum indulisse. l. prator. 2. §. si quis. 16. Ne quid in loco publ. l. nec
avus. 4. C. de Emanc. liber. C. ex tenore. 11. De foro comp. ac vigilan
tibus ius quasitum ab istulisse l. quod autem 6. §. sciendum. 7. quæ in
fraud. cred.

Sed

Sed & Imperator ipse legis sue interpretem agit vers. Et ideo quod antiquitas quidem dare incepit, ad effectum autem non pertinet, nos pleno legis articulo consummavimus. Consummavit igitur ius cœptum à veteribus, non aliquid alieni constituit. Veteres autem cœperant mulierem præferre alijs creditoribus tantum privilegiarijs quibusdam. princ. d.l. a. fiduis: Iustinianus prætulit mulierem non solum in actione personali, sed etiam in hypothecaria. Atq; ita hoc ius cœptū in tacita hypothesē plenius consummavit. Adde L. ubi autem 29. C. de jure dot. Nov. 109. c. 1. Et ita sanctum quoq; est const. Elect. par. i. C. 28. pr. ibi: Allen andern Gleubigern / so nicht ältere ausdrückliche Verpfändung haben. &c.

49.

Multūm sese Dd. fatigant, Num in stricti juris iudicijs post litem contestatam usuræ debeantur, etiam si per stipulationem promissæ non sint? Plurimi opinantur eas deberi. Nos non sine ratione in contrarium concedimus, existimantes, non nisi ex stipulatu, & ne quidem à tempore litis contestatae præstandas esse.

L. 1. C. de Iudicij. & L. 1. C. de cond. indeb. l. 1. C. de usur. L. eum qui. 22. de donation. l. in quibusdam. 7. De nautico fxe. l. si pupilli. 6. in fine. cum l. seq. de neg. gest. l. centum. 8. De eo quod certo loco. Non enim putarunt veteres, ut ait Donel. c. 3. de usur. rei per se odiosa obligationem magnā cautione esse admittendam. Fructus quidem & accessiones à tempore litis contestatae in his Iudicij debentur. l. videamus. 9. si actionem. 7. de usur. l. si homo. 8. de re judic. fructuum vero restitutio tam odiosa non est, quam usurarum præstatio. Duar. renus. c. 2. h. 1.

50. Tan.

50.

Tandem in arenam descendere placet cum Donel-
lo, qui ad l. si quando. 19. C. de testibus, quæstionem
hanc non minus jucundam quam difficilem tractat:
Num testes in præsentia partium testimonium dicere
debeant? Ipse in affirmativam abit opinationem. Cuius
rationes, ut crebrius votum in frequenti foro insu-
per habemus, nos nec monent nec movent,

L. nullum. 14. C. de testibus. Nov. 90. c. vlt.



-nat. 02

Leipzig, Diss., 1593/1619

ULB Halle
004 954 793

3



VDTZ

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

